

8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TIT. FF.  
INSTIT. ET COD. AD LE-  
GEM FALCIDIAM SE-  
LECTAE.

QVAS AVXILIANTE DEO PRAESIDI-  
BVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMISQVE VI-  
ris, D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioan-  
ne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in flo-  
rentissimo Iuridicæ facultatis apud Vbios Colle-  
gio, pro recepta huc vsque consuetudine  
laudabili, publicè disputando  
tuebitur.

CASPARVS VVREDE.

*Anno Domini MD. LXXXII.*

*3. Septembr.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT. P

72



THESES  
EX TIT. FF.

INSTIT. ET COD. AD LF.

GEN. FAC. CIUIUM 2E.

1804

OMNES ANTIQVIT. DIO. PR. ALI. DI.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 1.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 2.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 3.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 4.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 5.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 6.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 7.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 8.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 9.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 10.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 11.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 12.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 13.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 14.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 15.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 16.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 17.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 18.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 19.

DE RE IUR. CIV. LIB. 1. TIT. 1. §. 20.



## CONTINUATIO.

**A**bsolutis quibusdam modis quibus legata revocantur & suspenduntur, sequitur L. Falcidia, qua etiam legata ultra praescriptum modum relicta minuuntur.

### THESIS I.

**L**egis autem Falcidia, quae non sufficientibus l. Furij & Voconij à Falcidio lata est (a) & nomen habet, duo sunt capita, (b) Priori libera cuique legandi relinquitur potestas. Alterum modum legatorum constituit ne legare hodie ultra dodrantem liceat. (c)

(a) Duaren h. t. c. 1. & 2. disputat. 10. VVef. in par. cod. (b) quae ita traduntur à Paulo IC. in l. 1. ff. h. tit. VVef. d. loco, (c) d. l. 1. §. secundo capite ubi Dd.

### II.

Quae lex in testatorum gratiam promulgata dicitur, (a) ut extrema eorum voluntas effectum sortiatur, cuius expediendi causa heredi hereditatis pars quarta integra ex hac lege remanet. (b)

(a) §. 1. Inst. h. t. Donell. lib. 8. comment. Iur. civil. cap. 22. (b) d. §. 1. ubi Dd. Inst. h. t.

### III.

Nec solum haeres hanc quartam detrahit, sed & successores ejus, (a) nisi vel culpa impedimento sit, (b) extraneus ille sit sive suus, qui institutus & hereditatem alteri restituere gravatus nec plus hac quarta detrahit. (c)

(a) l. quanquam 10. l. successores 16. C. h. t. l. 1. §. hoc interdictum ff. quorum legatorum (b) §. hinc nobis auth. de haered. & falcid. ubi gloss. & Dd. (c) Cujac. 8. obser. 3. Hotomanus Illustriū quaest. q. 37. Gaill 2. obs. 121. quamvis lus can. in hoc casu aliter se habeat, c. Raynutius §. In eo vero & c. Rainaldus, ext. de testamentis ubi Canonistae.

### IIII.

Legatarijs autem & fideicommissarijs beneficium huius legis falcidia non tribuitur, cum ob ipsorum repudiationem testamentum neutiquam infirmetur.

l. lex falcidia 47. §. 1. ff. h. t. l. cohæredi 41. §. cum filia ubi glo. de vulgar. & pupill. substitut. l. ex affe. 28. ff. ad SCtum Trebell. Duaren. h. t. c. 6.

### V.

Hereditum vero si plures sint, in singulorum portione legis falcidia ratio ponenda est (a) quod etiam tunc verum est, cum unius heredis portio onerata iure accrescendi vel substitutionis ad cohæredem non gravatum pervenerit. (b)

(a) l. in singulis 76. l. in ratione 11. §. si filio h. t. §. Et cum quaesitum ubi Mynsing. Inst. cod. (b) l. quod si alterutro 79. ff. eod. l. 1. §. id quod ex substitutione cum §. seq. l. in ratione 11. §. pen. l. qui fundum 87. §. qui filium & §. cohæredes ff. h. t. Cujac. 4. observ. 35. & 15. observ.

VI.

*Ita autem supradicti heredes quartam detrahunt ut imputetur in illam id quod iure hereditario ex Iudicio defuncti habent, (a) & id quod legatis persolutis remanet, deducto ante omnia ere alieno, precio servorum manumissorum. Item funeris impensis &c. (b)*

(a) l. in quartam 91. & l. quod autem 74. ff. ad l. falcidiam, Schneid. in pr. Inst. h. rit. nu. 16. (b) §. cum autem Inst. h. t. l. quod de bonis 15. §. quod avus l. qui fundum 87. §. si quis heredem. l. 20. ff. h. t. l. 6. & 8. C. h. t.

VII.

*Quod in detractioe Trebellianica aliter sese habet, in quam quovis etiam titulo heredi relicta imputantur.*

VVes. in par. ff. ad l. falcid. Duar. 2. disput. 10. & in comment. h. t. c. 8. fol. 747. colum. 6. Anton. Faber 6. coniectur. 3. & 4. Contradicit, Cujac. 8. obser. 4. Pacius Centur. 4. quaest. 51. & seq.

VIII.

*In deductione hac Falcidia quantitas patrimonij, non à die adita hereditatis, sed mortis testatoris consideratur. (a) Mortuo igitur testatore hereditatem augent omnes actiones & obligationes quae inveniuntur. (b) Imò si ipse haeres defuncto antequam decederet fuisset obstrictus, imputaretur illud in hereditatem, licet solvendo non extitisset. (c)*

(a) §. quantitas. Instit. h. t. l. in quantitate 73. in princ. l. quod de bonis 15. §. quod avus, vers. plene. l. cum quo. 56. in princ. ff. cod. (b) l. poenales 32. h. t. Duaren. ad hunc tit. cap. 8. Cujac. 8. obseru. 35. (c) l. 1. §. si debitor creditori, l. 22. §. fin. l. 92. h. t. Duaren. d. loc. vers. diximus actiones.

IX.

*Quemadmodum vero damna quae mortuo testatore accidunt in heredis non legatariorum vergunt incommodum, (a) sic vice versa, si quid hereditati accesserit heredis commodum est. (b)*

(a) l. in ratione 11. §. si servus, l. in ratione 30. in princ. l. in quantitate 73. in princ. ff. & §. Quantitas Instit. h. t. ubi Dd. (b) d. §. quantitas. Donell. 8. comment. Iur. civil. cap. 25. in fin.

X.

*Quamvis autem legis huius beneficium ad testamentarias successiones pertineat, (a) Novissima tamen Iustin. Constitutione ad omnem ultimam voluntatem porrigitur, (b) Unde & ad mortis causa donationes, quamvis magna de eo altercatio sit extendendū. (c)*

(a) l. 1. in princ. h. t. (b) Nouell. const. 1. de haered. & falcid. §. illud quoque, & §. quoniam vero, (c) l. si quis pen. C. h. t. l. 2. C. de mort. caus. donat. VVes. h. t. in par. num. 6. Cujac. 8. obser. 2.

XI.

*Amittitur insuper falcidia tribus ex causis: aut enim hoc fit, ex propria heredis culpa:*

*aut*

*aut ex voluntate defuncti: aut ex genere & favore legati. Propria hæredis culpa, si errore juris integra legata solverit, (a) vel si legatum perijisse affirmaverit cum extare sciret, aut testamentum vel Codicillos quibus legatum relictum erat celaverit. (b)*

(a) l. error 9. C. h. t. l. error 7. C. de iur. & fact. ignor. (b) l. beneficio 59. ad leg. falcid. Donell. 8. Com. Iur. civ. 27.

## XII.

*Aut ob neglectam inventarij confessionem: imò si illud legitimè non confecerit, præter amissionem quartæ etiam integra hæreditaria debita & legataolvere tenetur, nec inopia testatoris eum excusat.*

§. si vero non fecerit, Authent. de hæred. & falcid. l. fin. §. pen. vers. si quis autem. C. de iur. delib. Authent. sed cum testator, C. ad l. falcid. Donell. 8. Com. Iur. civ. 27. Dissent. Accurs. in d. authent. de hæred. & falcid.

## XIII.

*Et licet quamplurimi etiam legitimam itemq; Trebellianam hoc in casu hæredè perdere putent, (a) nos tamen communi Dd. sententiæ negatiuæ tanquam veriori adharebimus. (b)*

(a) Cyn. nu. 3. Bald. & alij in d. authent. sed cum testator. Covarr. in c. Raynutius §. ii. nu. 10. ext. de testam. (b) hanc tenent Gail 2. obs. pract. 138. Mynsing. cent. 3. obser. 60. Gomez. tom. 1. resolut. c. 5. nu. 12.

## XIV.

*Superiora vera sunt nisi inventarij confessio à testatore remissa sit, quod ipsum in legatariorum & fideicommissariorum, non verò in aliorum creditorum præiudicium potest.*

l. fin. §. fin. C. arbitr. tut. Dd. in l. nemo potest de leg. 1. Clarus in §. testamentum 66. quæst. 66. num. 2.

## XV.

*Voluntate testatoris cessat falcidia cum testator nominatim rem aliquam ita legat, ne alienetur, sed ut permaneat apud successorè eius cui relicta est, (a) aut si detrahi falcidiam prohibuerit. (b)*

(a) Novell. vt spons. larg. 119. §. si quando Authent. sed in ea re C. ad leg. falcid. Donell. 8. Comment. 27. (b) d. authent. de hæred. & falcid. §. huic nobis. Donell. d. loc.

## XVI.

*Quod ad Trebellianicam extendi non inconvenienter potest, (a) cum & olim in vtraq; prohibitio illa nihil operaretur. (b)*

(a) argum. l. i. C. commun. de leg. Myns. in §. sed quia hæred. Inst. de fideicommiss. hæred. Gail 2. obs. 138. num. 15. Gomez. tom. 1. resolut. cap. 5. nu. 11. (b) l. quod bonis 15. h. t. Donell. sup. d. loc.

## XVII.

*Ex genere & favore legati cessat falcidia, si mulieri dos prælegata, & quæ res ejus*  
causa

*causa empta, paratæve essent, (a) aut si quid ad pias causas, in redemptionem captiuorum, in alimoniam pauperum & miserabilium personarum relictum sit. (b)*

(a) l. sed usufructus 81. §. 1. ad l. falcid. Donell. 8. Comment. Iur. civ. cap 27. (b) Nov. de Eccles. tit. 131. §. si autem hæres auth. similiter C. h. t.

### XVIII.

*Num vero huiusmodi legata qua singulari privilegio gaudent, alia aggravent, dubitari potest, quod non putamus.*

Bart. & Dd. in d. auth. similiter. Angel. & Mynsing. in §. fin. Inst. h. t.

### XIX.

*Heredem l. falcidia retentionem & deductionem habere ex præmissis constat; & Iuris est indubitati, (a) si verò alius in possessione rei legata constitutus sit, qua actione eam consequetur? Placet eum cum quarta dominus sit, vindicatione uti posse. (b)*

(a) l. 14. §. 1. l. 15. §. 1. l. 93 ff. ad l. falcid. §. sed quia hæres. Inst. de fideicom. hæred. Duas ren. h. tit. c. 8. (b) l. lineam 27. l. Plautius 49. l. 1. §. si cohæredis ff. h. t. Duare, d. loc. gloss. in pr. Inst. eod. in verb. dodiantem. Anton. Faber 6. coniectur. 1 & 3.

### XX.

*Habet præterea & Interdictum quorum Legatorum si res legata ad legatarium pervenerit, quo si fuerit in possessionem restitutus, retentione utitur.*

l. unic. C. & l. 1. in pr. ff. quorum legat. d. l. lineam Menoch. remed. adipisc. possess. per tot. ubi plures allegat.

### XXI.

*Condictio quoque indebiti, si errore facti ductus integra legata præstiterit, ipsi concessa est.*

§. sed quia stipulat. Inst. de fideicommiss. hæred. l. si hæres ab eo 68. §. ult. ad 3<sup>o</sup> C. de Trebellian. l. error 9. C. h. t. ubi Dd.

### XXII.

*Verum anne ad solutionem Legatorum omnium hæres Iure aliquo obstructus est? Naturaliter ad satisfaciendum testatoris voluntati ipsum obligatum existimamus.*

l. 1. C. ad l. falcid. l. fideicommissum, l. 7. C. de condict. indebit. Ioannes Robert. lib. 1. sentent. Iur. cap. 6. Videatur Duaren. in comment. ad hunc titulum, c. 4.

COROL.



# COROLLARIA.

## I.

Corollarij loco hanc subijcio questionem, an cum legatum redditur utile ob commodum representationis, ut si dies aut conditio id utile facit, falcidia ex toto legato an vero ex commodo detrahenda sit? saltem falcidiam in utilitate illa locum habere placet.

l. 1. §. si quis creditori l. verbis §. ff. h. t. l. si creditori 28. de leg. 1. Donell. 8. Comment. Iur. 24. post Accurf. Faber lib. 4. Coniectur. cap. 12.

## II.

Cui & hoc annecti potest, An substitutus solida legata & à se, & ab impubere filio instituto relicta, sed nondum soluta solvere teneatur? Et contributione facta si legata doctantem excedant, falcidia locus est, si non, solida praestanda sunt legata.

l. 1. in ratione II. §. quod vulgo ff. h. t. Donell. Comment. Iur. civ. lib. 3. cap. 23. ad d. l.



DE FIDELICOM

MISSARIIS HEREDITATI

AVS DIVINA FAVENTE GRATIA

PRÆSIDIJS CLARIS CONSPICUÏSSIMIS  
VIRI D. JOHANNIS MICHAELIS CRONENBURGERI, & D. JOHANNIS  
HOLSTI, SS. J. LICENT. DIGESTORUM & LICENT. IN  
HONORABILISSIMO CELEBRATISSIMO AGRIPINENSIS ACADE-

MI PUBLICE PROPAGANDI  
1707

IOHANNES OVBACH

ORDINARIUS  
IN AGRIPINA



EXCVDERAT PETRVS KESCHER  
COLONIAE AGRIPINENSIS



153255

AB: 153255


(X2203998)

K



*De legibus et constitutionibus Imperatorum*





THESES  
 X TIT. FF.  
 TIT. ET COD. AD LE  
 GEM FALCIDIAM SE  
 L E C T A E.

AUXILIANTE DEO PRAESIDI-  
 ARISSIMIS CONSULTISSIMISQUE VI-  
 anne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioan-  
 ndt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco, in flo-  
 rimo Iuridicæ facultatis apud Vbios Colle-  
 o, pro recepta huc vsque consuetudine  
 laudabili, publicè disputando  
 tuebitur.

ASPARVS VVREDE.  
*Anno Domini MD. LXXXII.*  
 3. Septembr.



COLONIAE AGRIPPINAE P  
 XCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



72

